UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo Coloniæ, SS. Theol. Licent.

Crombach, Hermann

Coloniæ, 1645

Post labores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14591

Visual Library

Poſt labores.

Bone Iesv, hunc laborem meum tibi gratum faciant, omnium Electorum tuorum labores ac opera, pro tui amore & honore geſta, quæ cocta in ſuauiſſimo corde tuo, ſimul vnita tibi & per te Patri tuo offero in gloriam tuam, Amen.

Ante opus quoduis.

O Chriſte Iesv, in vnione charitatis illius, qua opus noſtræ Redemptionis in medio terræ operatus es, offero tibi hoc opus N. & omnia ſtudia mea ad maiorem nominis tui gloriam, meam & proximorum ſalutem.

Alia.

O Devs infinitę miſericordiæ, ego miſer peccator adoro cum ardore charitatis & infinitis meritis dilectiſſimi Filij tui, cum amore Spiritus S. cum deſiderio & feruore B. Virginis Mariæ & omnium Electorum tuorum, petens vt des mihi continuum tui amoris augmentum, omnes actus meos præueniendo & dirigendo ad gloriam tuam.]

Poſtea